

al. Girardi
al. Guafis
al. Gumperti

lecti notarios nationum, uide licet p natione Gallicana Michaelem Bolsonis, & Ioannem Guardi. Pro natione Italica Bartholomæum de Gnoftis, & Ioannem Azel. Pro Germanica natione Sumpertum fabri, & Gifeleum fontem. Et p natione Anglica Guillelmum Porezell. quibus dat autoritatem & plenariâ potestatem, omnia et singula in sacro pſenti Constantienſi cōcilio dictata, acta, acſtitata, p mulgata, publicata, lecta, petita, & omnia alia quæcunq; geſta & facta, & omnia quæcunq; in poſterum dicenda, agenda, acſtitanda, p mulganda, publicanda, legenda, petenda, & quæcunq; alia in & p dicto sacro cōcilio, & ad dictum sacrum concilium quomodolibet pertinentia, faciendâ, & peragenda, in formam publicâ redigendi, & aliâs cōſcribendi. Ap probatq; dicta ſancta ſynodus oia & ſingula p ipſos pronotarios & notarios in dicto sacro concilio, & ad ipſum ſacrum cōciliū quomodolibet pertinētia, conſcripta: et tam in publicam formâ, q̄ aliâs in ſcriptis ſeu actis quomodocūq; redacta uſq; nunc, ſub quibuſcunq; uerbis per dictum ſacrum concilium fuerint ſtatuta, decreta, ordinata, pronuntiata, et quomodolibet diffinita. Quo decreto lecto, fuit petitum per procuratorem, an placeret prout pronuntiatum extitit. fuitq; reſponſum per præſidentem ſeſſionis huiuſmodi, et etiam quatuor præſidentes quatuor nationum, & deinde per totius ſynodi ſuppoſita, per uerbum, placet.

SESSIO DVODECIMA, IN QVA COMMISSARIII
ad Ioannem papam fecerunt relationem, & lata fuit ſententia diffinitiuâ contra ipſum.

DIE mercurij uigeſima nona menſis Maſij ſupradicti, fuit ſeſſio generalis in eccleſia maiori Cōſtantienſi, in qua pſidebat reuerēdiſſimus pater dñs Ioannes epiſcopus Oſtienſis, cardinalis Viuarienſis. pſente ſereniſſimo principe Sigismundo Romanoꝝ rege in inſignib; regalibus, cū ſuis nobilibus in eadem ſibi ſeruentibus. Et fuit decanatum officium miſſa de ſpiritu ſancto, p dñm patriarcham Antiochenum. Quo cōpleto, dicebatur letania & c. ut moris eſt. Quibus pactis, fuit facta reſcriptio à legatis & nuncijs miſſis ad Ioannem papam, p organum dñi Ioannis epiſcopi Varenſis, quemadmodum articulis & atteſtationibus cōtentis in pceſſu ſacri Cōſtantienſis cōcilij cōtra ipſum dñm Ioannem papam eidem exhibitis, offerēdo ex parte cōcilij ipſius, ſi quid uellet opponere, quod libere poſſet. Item intimato eidem termino ad proferendum ſententiam quod rēdiſſet uerbo, ſe pro dei eccleſia & eius unione plura feciſſe, etiam anteq̄ fuiſſet in papam aſſumptus, & ante dicti cōcilij Cōſtantienſis inchoationem, in quo etiam obtulit liberam papatus ſui ceſſionē. Et q̄ turpiter ab inde receſſerat, bene recognoſcebat, maluiſſetq; illa die ſine animæ ſuæ p iudicio mortuus eſſe, q̄ ita turpiter receſſiſſe. Quodq; cōtra pceſſum ſacri cōcilij nullâ deſenſionem facere uolebat, ſed put p ſchedulam ſua manu ſubſcriptam, datam cardinalibus q̄ ad eum uenerant, cōtinebatur, uouebatur, & pſentialiter promittebatur ſtare ac ſe in oibus cōformare omni ordinationi, declarationi & determinationi dicti ſacri cōcilij, ac in ſup omnimodum pceſſum p idem cōciliū cōtra eundem habitum, ratificabat, aſſerens q̄ nō aliter uoluit p dictis articulis rēdere, affirmans cōciliū Cōſtantienſe ſanctiſſimum eſſe, errareq; nō poſſe, ac cōcilij Piſani cōtinuatiuum: & q̄ ipſi ſacro Cōſtantienſi concilio nunq̄ cōtradiceret uellet, etiâ ſi in Bononia aut aliâs quouis loco ſibi magis accepto pſonaliter iâ eſſet, cū id ſibi minus nō eſſet, q̄ publice fateri ſe in papatu nullum ſuis habere. De ſententia autē ferēda quod ſummè ſibi placeret, ut q̄ cito lata foret eidē referret, quâ omni reuerentia etiâ cū birreti ſui deſpoſitione recipet, & eâ quantum in ſe foret, cōfirmaret, ratificaret, approbaret, & emulgaret, put dictū pceſſum ac oia cōtra ipſum in cōcilio geſta, ex tunc ratificabat, approbabat & cōfirmabat, p mittebatq; cōtra ea ſe aliquo pceſſu tēporis non uenire. Prædicta relatione completa, reuerēdus pater dñs epiſcopus Atribatenſis legebat ſententiâ diffinitiuâ cōtra Ioannē papā XXIII. ac conſtitutiones quaſdā, quarū tenores ſequuntur hoc modo:

Quod